

COLOM - EPISTOLA DE INSULIS



1  
Epistola Christofori Colom: cui etas nostra multū debet: de  
Insulis Indie supra Gangem nuper inuētis. Ad quas pergren-  
das octauo antea mense auspiciis ⁊ ere inuictissimorū Fernādi ⁊  
Helisabet Hispaniarū Regū missus fuerat: ad magnificū dñm  
Gabrielem Sanchis eorundē serenissimorū Regum Tesaurariū  
missa: quā nobilis ac litteratus vir Leander de Cosco ab Dispa-  
no idiomate in latinum cōuertit tertio kal's Maii. M. cccc. xciii  
Pontificatus Alexandri Sexti Anno primo.

**Q**uoniam susceptę prouintię rem perfectam me ꝑsecutum  
fuisse gratum tibi fore scio: has constitui exarare: que te  
vniuscuiusq; rei in hoc nostro itinere geste inuenteq; ad-  
moneant: Tricesimo tertio die postq; Gadibus discessi in mare  
Indicū perueni: vbi plurimas insulas innumeris habitatas ho-  
minibus repperi: quarum omnium ꝑo felicissimo Rege nostro  
ꝑreconio celebrato ⁊ vexillis extensis contradicente nemine ꝑo-  
ssessionem accepi: ꝑrimęq; earum diui Saluatoris nomen impo-  
sui: cuius fretus auxilio tam ad hanc: q̄ ad ceteras alias perue-  
nimus. Eam ꝑo Indi Guanabanin vocant. Aliarū etiam vnam  
quancq; nouo nomine nuncupauī: quippe aliā insulam Sanctę  
Marie Conceptionis. aliam Fernandinam. aliam Dylabellam.  
aliam Joanam. ⁊ sic de reliquis appellari iussi. Cum ꝑimum in  
eam insulam quam dudum Joanam vocari dixi appulimus: iu-  
xta eius littus occidentem versus aliquantulum processi: tamq;  
eam magnam nullo reperto fine inueni: vt non insulā: sed conti-  
nentem Ebatai prouinciā esse crediderim: nulla tñ videns op-  
pida municipiaue in maritimis sita confinibꝫ ꝑreter aliquos vi-  
cos ⁊ ꝑredia rustica: cum quorū incolis loqui nequibam. quare si-  
mul ac nos videbant surripiebant fugam. ꝑrogrediebar vltra:  
existimans aliquā me urbem villasue inuenturū. Deniq; videns  
q; longe admodum progressis nihil noui emergebat: ⁊ hmōi via  
nos ad Septentrionem deferebat: q; ipse fugere exoptabā: terris  
etenim regnabat bruma: ad Austrumq; erat in voto cōtendere:





nec minus venti flagitantibus succedebant. constitui alios non operiri successus: et sic retrocedens ad portum quem signaueram sum reuersus: unde duos homines ex nostris in terram misi: qui inuestigarēt esset ne Rex in ea prouincia vrbesue aliquae. Hi per tres dies ambulauerunt inueneruntque innumeros populos et habitationes: paruas tamen et absque vlllo regimine. quapropter redierunt. Interea ego iam intellexeram a quibusdam Indis quos ibidem susceperam quod huiusmodi prouincia insula quidem erat: et sic perrexī orientem versus eius semper stringens littora usque ad miliaria. cccxxii ubi ipsius insule sunt extrema: hinc aliam insulam ad orientem prospecti distantem ab hac Joana miliaribus. liiii. quam protinus Hispaniam dixi: in eamque concessi et direxi iter quasi per Septentrionem quemadmodum in Joana ad orientem miliaria. dliiii. que dicta Joana et alie ibidem insule fertilissime existunt. Nec multis atque tutissimis et latis nec aliis quos vnquam viderim comparandis portibus est circumdata. multi maximae et salubres hanc interfluunt flumini multi quoque et eminentissimi in ea sunt montes. Omnes hae insule sunt pulcherrime et variis distincte figuris: prae: et maxima arborum varietate sidera lambentium plene: quas nunquam foliis priuari credo. Quippe vidi eas ita virentes atque decoras ceu mense Maio in Hispania solent esse: quarum alie florentes alie fructuose: alie in alio statu sine vnus cuiusque qualitate vigeant: garriebatur philomela et alii passeris varii ac innumeri mense Nouembri quo ipse per eas deambulabam. Sunt praeterea in dicta insula Joana septem vel octo palmarum genera quae proceritate et pulchritudine quemadmodum ceterae omnes arbores: herbe: fructusque nostras facile exuperant. Sunt et mirabiles pinguis agrum et prata vastissima: variae aues: varia mella: variaque metalla ferro excepto. In ea autem quam Hispaniam supra diximus nuncupari maximae sunt montes ac pulchri: vastae rura: nemora: campi feracissimi feris pascisque et pendens edificis aptissimi. Portuum in hac insula comoditas et praestantia fluminum copia salubritate admixta hominum: quam nisi quis viderit: credulitate superat. Huiusmodi arbores pascua et fructus multum ab illis Joane



2

differt. Hec praeterea Hispana diuerso aromatis genere auro  
metallisq; abundat. cuius quidem et oium aliarum quas ego vidi et  
et quarum cognitionem habeo incole utriusq; sexus nudi semper ince-  
dunt quemadmodum edunt in lucem: praeter aliquas feminas: quae for-  
lino frondeue aliqua aut bombicino velo pudenda operiunt: quod  
ipse sibi ad id negotium parant. Carent uero omnes (ut supra dixi) quo-  
cumque genere ferri. carent et armis utpote sibi ignotis nec ad ea sunt  
apti: non propter corporis deformitatem cum sint bene formati: sed  
quia sunt timidi ac pleni formidine. gestant tamen pro armis arundi-  
nes sole puestas: in quarum radicibus hastile quoddam ligneum siccum et  
in mucronem attenuatum figunt. neque illis audet iugiter uti: nam se-  
pe euenit cum miserim duos vel tres homines ex meis ad aliquas vil-  
las ut cum earum loquerentur incolis: exiisse agmen glomeratum ex In-  
dis: et ubi nostros appropinquare videbant fugam celeriter arripuisse  
se despretis a patre liberis et econtra. et hoc non quod cupiam eorum dan-  
num aliquod vel iniuria illata fuerit: imo ad quoscumque appuli et qui-  
bus cum verbum facere potui: quicquid habebam sum elargitus: pan-  
num aliarumque multa nulla mihi facta versura: sed sunt natura pa-  
uidi ac timidi. Ceterum ubi se cernunt tutos omni metu repulso: sunt  
admodum simplices ac bonae fidei et in omnibus que habent liberalissi-  
mi: roganti quod possidet inficiant nemo: quin ipsi nos ad id posce-  
dum inuitant. Maximam erga omnes amorem praeserunt: dant queque ma-  
gna pro paruis: minima licet nihiloue pretenti. ego autem prohibui ne  
tam minima et nullius pretii hisce darentur: ut sunt lancis. parapsidum.  
vitricumque fragmenta. item clauum ligule. quamquam si hoc poterant adipisci  
videbant eis pulcherrima mundi possidere iocalia. Accidit enim que-  
dam nauitum tantum auri pondus habuisse pro vna ligula quanti  
sunt tres aurei solidi. et sic alios pro aliis minoris pretii: praesertim  
pro blanquis nouis: quibusdam numis aureis: pro quibus habedis da-  
bant quicquid petebat venditor: puta vnciam cum dimidia et duas  
aurei: vel triginta et quadraginta bombicis pondus: quam ipsi iam  
nouerant. item arcuum. amphozae. hydrie. doliumque fragmenta bom-  
bice et auro tantumque bestiae comparabant. quod quia iniquum sane



erat vetus: dedisq; eis multa pulchra & grata que mecū tulerā nul-  
lo interueniente premio. vt eos mihi facilius ꝓciliarem fierentq;  
ꝓꝓicole & vt sint ꝓꝓoni in amorem erga Regē Reginā ꝓꝓincipēq;  
nostros & vniuersas gentes Hispanie ac studeant ꝓꝓquirere co-  
aceruare eaq; nobis tradere quibꝫ ipsi affluunt & nos magnoꝓe  
re indigemus. Nullam iī noꝓunt idolatriam: imo firmissime cre-  
dūt oēm vīm: oēm potentiam: oīa deniq; bona esse in celo: meq;  
inde cum his nauibus & nautis descēdisse: atq; hoc animo vbiq;  
fui susceptus ꝓꝓstq; metum repulerant. Nec sunt segnes aut ru-  
des: quin summi ac ꝓꝓspicacis ingenii: & homines qui transire  
tant mare illud nō sine admiratiōe vniuscuiusq; rei rationē red-  
dunt: sed nunq; viderūt gentes vestitas neq; naues hmōi. Ego  
statim atq; ad mare illud ꝓꝓueni e ꝓꝓima insula quosdā Indos  
violenter arripui: qui ediscerent a nobis & nos ꝓꝓariter docerent  
ea quoz ipsi in iīscē ꝓꝓartibus cognitionem habebant: & ex voto  
successit: nam breui nos ipsos: & iī nos tum gestu ac signis: tum  
verbis intellexerunt: magnoq; nobis fuere emolumento: veniūt  
modo mecum qui semper putant me desiluisse e celo: quāuis diu  
nobiscum versati fuerint hodieq; versentur. et iī erant ꝓꝓimi qui  
id quocunq; appellabamus nuntiabant: alii deinceꝓs aliis elat-  
ta voce dicentes: Venite venite & videbitis gētes ethereas. Quā  
ob rem tam femine q; viri: tam impuberes q; adulti: tā iuuenes  
q; senes deposita formidine paulo ante ꝓꝓcepta nos certatim vise-  
bant magna iter stipante caterua: aliis cibum: aliis ꝓꝓotum affe-  
rentibus maximo cum amore ac beniuolentia incredibili. Dabet  
vnaqueq; insula multas scaphas solidi ligni: & si angustas. lon-  
gitudine tñ ac forma nostris biremibus similes: cursu aut veloci-  
ciores. Reguntur remis tantūmodo. Daz quedaz sunt magnez  
quedam parue: quedā in medio consistūt. Plures tñ biremi que  
remiget duodeuiginti transtris maiores: cū quibus in oēs illas  
insulas: que innumere sunt: traicitur. cumq; iis suam mercatu-  
ram exercent & inter eos comertia fiunt. Aliquas ego harum bi-  
remiū seu scaphaz vidi q; vehabant septuaginta & octuaginta re



milges. In omnibus his insulis nulla est diuersitas inter gentis  
 effigies: nulla in moribus atq; loquela: quin oēs se intelligunt  
 adinuicem: que res perutilis est ad id qđ serenissimos Reges no  
 stros exoptare precipue reor: scz eor ad scđam xp̄i fidem puerfior  
 nem. cui qđdem quantū intelligere potui facillimū sunt et proni.  
 Dixi quēadmodū sum progressus antea insulam Joanam per re  
 ctum tramitem occasus in orientem miliaria. cccxxii. sm quā viā  
 et interuallum itineris possum dicere hanc Joanam esse maiorē  
 Anglia et Scotia simul. nāq; vltra dicta. cccxxii. passuū milia in  
 ea parte que ad occidentem prospectat due: quas nō petii: super  
 sunt prouincie quaz alterā Indi Anan vocant cuius accolle cau  
 dati nascuntur. Tendunt in longitudinez ad miliaria. clxxx. vt  
 ab his quos veho mecū Indis percepi: qui oīs has callent insu  
 las. Hispane vō ambit? maior est tota Hispania a Colonia vsq;  
 ad fontem rabidum. Dincq; facile arguit q quartum eius latus  
 quod ipse per rectā lineā occidentis in orientem traieci miliaria  
 continet. dxi. Nec insula est affectanda et affectata nō spernenda  
 In qua et si aliaz oim vt dixi pro inuictissimo Rege nostro solen  
 niter possessionem accepi: earūq; imperium dicto Regi penitus  
 cōmittitur: in oportuniōi tñ loco atq; cōni lucro et cōmertio  
 condecēti cuiusdā magne ville: cui F. atiuūitatis dñi nomen de  
 dimus: possessionem peculiariter accepi: ibiq; arcem quandam  
 erigere extemp'o iussi: que modo iam debet esse pacta: in qua ho  
 mines qui necessarii sunt visi cū omni ai mox genere et vltra an  
 num victu oportuno reliqui. Item quandā carauellā et pro aliis  
 construendis tam in hac arte q̄ in ceteris peritos: ac eiusdē in  
 sule Regis erga eos beniuolentiam et familiaritā: ē incredibiles  
 Sunt enim gentes ille amabiles admodum et benigne: eo q; Rex  
 predictus me fratrem suū dici gloriabatur. Et si aīum reuocarent et  
 his qui in arce manserunt nocere velint: nequeunt: qa armis car  
 rent: nudi incedūt et nimīū timidi: ideo dictā arcem tenētes dun  
 taxat pnt totā eam insulam nullo sibi iminēte discrimine popu  
 lari: dum mō leges quas dedim? ac regimen nō excedāt. In oib?



his insulis ut intellexi quisque vni tamen iugum acquiescit: preter principes aut reges: quibus viginti hinc licet. Femine magis quam viri laborare videntur. nec bene potui intelligere an habeant bona propria: vidi enim quod vnus habebat aliis impartiri: presertim dapas obsonia et hinc. Nullum apud eos monstrum reperi ut plerique existimabant: sed homines magne reuerentie atque benignos. Nec sunt nigri velut ethiopes. habent crines planos et demissos. non degunt ubi radios solaris emicat calor. magna namque hic est solis vehementia: propterea quod ab equinoctiali linea distat. Ubi videntur gradus sex et viginti ex montium cacuminibus. Maximam quoque viget frigus: sed id quidem moderantur. Indiam tum loci consuetudine. tum rerum calidissimarum quibus frequenter et luxuriose vescuntur presidio. Itaque monstra aliqua non vidi: neque eorum alicubi habui cognitionem: excepta quadam insula Charis nuncupata: que secunda ex Hispania in Indiam transfretantibus existit. quam gens quedam a finitimis habitata ferocior incolit. Hi carne humana vescuntur. Habent predicti biremium genera plurima quibus in omnes Indicas insulas traiciunt. depredant. surripiunt quecumque possunt. Nichil ab aliis differunt nisi quod gerunt more femineo longos crines. utuntur arcibus et spiculis arundineis fixis ut diximus in grossiori parte attenuatis hastilibus. ideoque habent feroces: quare ceteri Indiam inexhausto metu plectunt: sed hos ego nihili facio plus quam alios. Hi sunt qui coheunt cum quibusdam feminis: que sole insulam Mateu nin primam ex Hispania in Indiam traicientibus habitant. De autem femine nullum sui sexus opus exercent: utuntur enim arcibus et spiculis sicut de earum coniugibus dixi. muniunt sese laminis eneis quarum maxima apud eas copia existit. Aliam mihi insulam affirmant super adicta Hispana maiorem: eius incolae carere pilis. auroque inter alias potissimum exuberat. Huius insule et aliarum quas vidi homines mecum porto qui horum que dixi testimonium perhibent. Denique ut nostri discessus et celeris reuersionis compendium ac emolumentum breuibus astringam hoc polliceor: me nostris Regibus inuictissimis paruo eorum fultu auxilio: tantum auri daturum quantum eis fuerit



4

rit opus. tñ vero aromatum. bombicis. masticis: q̄ apud Ebium  
duntaxat inuenitur. tantūq; ligni aloes. tantum seruoꝝ hydo/  
latrarum: quantum eozum maiestas voluerit exigere. item reu/  
barbarum ⁊ alia aromatum genera que ii quos in dicta arce reli  
qui iam inuenisse atq; inuenturos existimo. qñquidem ego nul  
libi magis sum moratus nisi quantum me coegerunt venti: pre/  
terq; in villa Natiuitatis: dum arceꝝ condere ⁊ tuta oia esse pro  
uidi. Que ⁊ si maxima ⁊ inaudita sunt: multo tñ maiora forent  
si naues mihi vt ratio exigat subuenissent. Vex multum ac mira  
bile hoc: nec nostris meritis correspondens: sed sancte Christia/  
ne fidei: nostrorumq; Regum pietati ac religioni: quia quod hu  
manus consequi nō poterat intellectus: id humanis cōcessit di  
uinus. Solet enim deus seruis suos: quiq; sua precepta diligūt  
⁊ in impossibilibus exaudire: vt nobis in presentia contigit: qui  
ea consecuti sumus que hactenus mortalium vires minime atti  
gerant: nam si harū insularū quipiam aliquid scripserunt aut lo  
cuti sunt: omnes per ambages ⁊ cōiecturas. nemo se eas vidisse  
asserit. vnde prope videbatur fabula. Igitur Rex ⁊ Regina prin  
cepsq; ac eoz regna felicissima cuncteq; alie Christianoꝝ prouin  
cie Saluatori dño nostro Iesu Christo agam⁹ gratias: qui tan  
ta nos victoria munereq; donauit: celebrentur processiones. per  
agantur solennia sacra: festaq; fronde velentur delubra. exultet  
Christus in terris quemadmodum in celis exultat: quom tot po  
puloꝝum perditas ante hac animas saluatum iri preuidet. Lete  
mur ⁊ nos: cum propter exaltationem nostre fidei. tum propter  
rerum temporalium incrementa: quoꝝ non solum Hispania sed  
vniuersa Christianitas est futura particeps. Nec vt gesta sunt  
sic breuiter enarrata. Vale. Vlis bone pridie Idus Martii.

Christoforus Colom Oceane classis Prefectus.



**¶ Epigramma. R. L. de Corbaria Episcopi Montispalufi.  
Ad Inuictissimum Regem Hispaniarum.**

**Jam nulla Hispanis tellus addenda Triumphis**

**Atq; parum tantis viribus orbis erat.**

**Nunc longe Eois regio depressa sub vndis.**

**Auctura est titulos Betice magne tuos:**

**Vide repertozi merito referenda Colombo**

**Gratia: sed summo est maior habēda deo.**

**Qui vincenda parat noua Regna tibiq; sibiq;**

**Leq; simul fortem prestat et esse pium.**



80

46410

Inc. 29

R. 46410 8°